nec rē de qua ſcribūt, ſatis intelligentes. Sed redeam⁹ unde digreſſi ſumus. In omni genere Carbunculorū maſculos appellant acriores. & fœminas lāguidius fulgētes. In maſculis quoq; obſeruāt aliquos liquidioris flāmæ, alios nigriores, & quoſdā lucidius ac magis cœteris in ſole radiātes. Optimos Amethyſtizontas, hoc eſt quorū extremus igniculus in Amethyſti uiolam exeat. Proximos illis quos uocāt Syrritas pinnato fulgore radiantes. Ob id quidā Indicos minime ꝓbant, ꝙ nec clari ſunt, & plerūq; ſordidi ac ſemper fulgoris retorridi, ęthiopicos uero, ꝙ pingues lucēq; nō emittētes, ſed cōuoluto igne flagrare. Magnitudine tamē Indici pręſtāt, unius em̄ ſextarij mēſura cauant. Garamātici minores multo cœteris ſūt, & nigrioris aſpect⁹ ſed igne, uł ſole, hoſte dicūt acri⁹ ꝙ̄ cœteros excitari. Eoſdē umbrāte tecto purpureos uideri, ſub cœlo flāmeos, cōtra radios ſolis & ſcintillare. Cęrā ijs ſignātib⁹ liqueſcere, etiā ſi in opaco fiat Qui ex eis mares ſūt, ſtellas ītus ardētes habēt, fœmine rurſū fulgorē extra ſe fundūt, Dicūt quidā et in Thratia naſci eiuſdē coloris gēmam. ignē minime ſētientē. Et in Orchomeno Archadię et in Chio inueniri eā. Sed Orchomēios nigriores, ex ꝗbus et ſpecula fiunt.

Syrritas